

Band IX., Nr. 3863, Seite 282-283

Vogt und Gericht von Mengen beurkunden, dass Abt Eberhard von Zwiefalten das Eigentumsrecht des Waldes Teutschbuch gerichtlich erstritten hat.

Mengen, 1289. Juni 8.

In nomine domini. Amen. Quoniam singulorum habere memoriam et nullius oblivisci divinum est potius quam hummanum, nos H. advocatus, Her. dictus Hundubel senior, Walterus Hundubel frater eius, C. dictus Lechelar, H. Hûtar, Walterus de Hulfstetten, Bur. Hûtar, C. dictus Schûheli, Abelinus filiaster antiqui Hundubelonis iurati iudices in Mengen ad notitiam universorum tam presentium quam futurorum, quibus presentes ostense fuerint, cupimus devenire pariter ac protendi, quod venerabilis abbas Eberhardus de Zwiveltûn nemus dictum Tuschbüch¹ iure proprietatis obtinuit in lite mota et decisa inter ipsum dominum abbatem ex una parte et antiquum Walterum dictum Bosse ex altera in nostro iudicio ex favore iuris per diffinitivam sententiam datam rationabiliter et prolatam, quod nemus dictus Bosse ad communitatem sive ad rem publicam asseruit pertinere. Preterea idem dominus abbas prefatum nemus eodem iure videlicet proprietatis titulo iuramento obtinuit corporali per honestos et viros ydoneos eorundem corporalibus prestitis iuramentis contra dominum C[unradum] militem de Grûningen ipsum dominum abbatem sub premissa condicione, videlicet quod dictum nemus ad rem publicam pertinere deberet, impetentem. Unde cum anibiguitas sit mater erroris et noverca discretionis, ne alicui dubium imposterum oriatur, ad corroborationem premissorum sigillum civitatis Mengen duximus presentibus appendendum. Testes huius rei sunt: H. de Swarzach, Ortolfus de Buenburch, Wern. de Hertenstain, Ber. miles de Stain, C. filius suus, Walterus dictus Clingelar, Wern. dictus Murar et ceteri fide digni.

Acta sunt hec in Mengen, anno domini MCCLXXXIX., VI. idus Junii, indictione III.²

Textabdruck folgt dem Original.

Abhängend beschädigtes Siegel, s. WUB, Bd. VIII, S. 305, Nr. 3082.

¹Teutschbuch, ein Wald bei Zwiefalten, Zwiefalten, RT.

²Vielmehr II.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 551 U 313

Überlieferung und Textkritik:

Original und Papierkopie. Abschrift im Kopialbuch HStA Stuttgart H
14 Nr. 367, S. 20.

Editionen:

Sulger: Annales Zwifaltensis, Bd. 1, S. 242.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Mengen

Ortsindex:

Grünigen Wohnplatz (17484)

Grünigen, Riedlingen, BC

Hertenstein Wüstung (24212)

Hertenstein, Sigmaringen, SIG, W

Huldstetten Wohnplatz (15948)

Huldstetten, Pfronstetten, RT

Hundersingen : Herberlingen SIG

Hundersingen Wohnplatz (21067)

Mengen Wohnplatz (21164)

Mengen, SIG

Rechtenstein Wohnplatz (16926)

Rechtenstein, UL

Schwarzach Wohnplatz (21327)

III

Schwarzach, Bad Saulgau, SIG

Zwiefalten Wohnplatz (16028)

Zwiefalten, RT